



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

73. Monachus à suo praelato male tractatus aut irrationabiliter à cura ad
monasterium revocatus, coram quo agere debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO LXXIII.

Monachus à suo praelato malè tractatus, aut irrationabiliter à cura cui præfectus fuit, ad monasterium revocatus, an, & coram quo agere debeat.

SUMMARIUM.

1. Monachus agere potest contra Abbatem & ab eo appellare.
2. Regularis præsentatus ad Ecclesiam parochialem, revocari potest.
3. Monachus præsentatus ad aliquam Ecclesiam non liberatur à voris.
4. In superiore rationabilis causa quando præsumatur.

Respondendo agere posse non apud quemvis iudicem, sed apud competentem Abbatem, eum scilicet qui Abbatem superior est & competens, ei enim supplicare, ad eumve appellare potest Monachus à suo Prælato inique tractatus. *Io. Andr. & Gemin. in ca. cum singula de præb. in 6. to. de Imola Clem. 1. nu. 4 de suppl. negl. prælat. to. VV. amestius conf. 65 nu. 8. to. I. Navarr. de Regularib. commentario 2. nu. 27. 61. 63. & com. 3. nu. 51. ubi tradit sese an appellare possit à suo superiore, dicitque quod sic, quia generales, aut superiores ordinum iurisdictionem habeant in inferiores prælatos, dixi supra lib. 1. quest. 17. num. 22.*

Porro, parergos dictum sit, quod præsentatus à Prælato regulati ad Ecclesiam parochialem, possit per eundem sine consensu Episcopi removeri. *cap. 1. de Capell. Monach. in 6. VV. amestius d. conf. 65 numer. 10. Navarr. d. comment. 2. nu. 65. vers. addo octavo.*

Nec enim Monachus sic præsentatus liberatur à iugo, & obedientia sui claustrum, quin à superiore suo quandoque ex causa rationabili ad Monasterium revocari possit. *Fed. de Seno conf. 134, cap. cum ad monasterium §. labes cap. 2. §. priores de statu Monach.*

Dixi, ex causa rationabili, si enim invidia, æmulationis, aut vindictæ causa id faceret, iure de suo praelato expostulare, & adversus ipsum superiori supplicare possit. *Navarr. d. com. 2. n. 65. vers. addo octavo.* Quod quando præsumatur, compendij causa hauriatur à Navarro, quem iam citavimus.